



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Nomenclator Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium Qvi  
Ab Anno Christi Millesimo quippiam commentati sunt, Sev  
Ab Eo Tempore quo Pontificis electione ad eos tantum ob  
Romani cleri multitudinem ...**

**La Roche-posay, Henri-Louis Chasteigner de  
Tolosae, 1614**

A Gregorio XI. Creati cuius Epistolas quinque habes apud Vualsinghamum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10735**

In Epistolas Ioannis lectiones 112.

In Epistolam Iacobi lectiones 64.

Sermones hyemales, æstiuales, & quadagesimales.

Collationesque varias. Claruit anno 1364.

*A GREGORIO XI. CREATI*

*cuius Epistolas quinque habes apud*

*Uualsinghamum.*

BERTRANDVS LAGERIVS DE FIGIACO Gallus ord. Minorum, ex Episcopo Glandatensi Cardinalis, scripsit De Schismate contra sui temporis hereses. Obiit Auenione an. 1392. Ibidemque in Ecclesia Minorum sepultus est.

PETRVS FLANDRINI Gallus Decretorum doctor eximius & Cardinalis, scripsit

Deductione materiae schismatis oborti post mortem Gregorij XI. manuscript. in Bibliotheca Cardinalis Sirleti. Obiit Auenione anno 1381. Ibidem sepultus.

SIMON DE BORSANO, Ciuis & Archiepiscopus Mediolanensis Cardinalis, vtili volumine conscripto Super libr. Clementinarum. Obiit Nicia anno 1381. Ibidemque sepultus est.

PETRVS DE LVNA Arrago, Decretorum Doctor Cardinalis, qui postea Antipapa Benedictus 13. Pontificium ius & Cæsareum apud Montepessulanum publice professus est, scripsitque

De Potestate Papæ & Concilii manuscript. in Biblioth. Vaticana.

Vitæ humanæ aduersus omnes casus consolationes.

Et alia quædam. Obiit exauctoratus anno 1424.

Penischolæ, in diœces. Dertusensi; Antipontificatus sui an. 30.

*AB VRBANO VI. CREATI.*

*qui scripsit Historiam Episcoporum Bariensium & formulas precum Dilingæ editas.*

NICOLAUS CARACCIOLVS Neapolitanus Cardinalis Ord. Prædicatorum, scripsit

Summam de Pœnitentia.

Et alia quædam, vt refert Cortesius. Obiit Romæ an. 1389. Ibidem sepultus in æde S. Mariæ supra Mineruam.

PHILIPPVS GEZA Romanus Ordinis Prædicatorum, ex Episcopo Tiburtino Cardinalis, scripsit

In libros Physicorum Aristotelis. Obiit circa supra Urbani 6. Iacetque Romæ in æde S. Sabine.

ADAM ESTON Anglus, Oxoniensis Academiae Doctor, ex Episcopo Londinensi Cardinalis ob insignem eruditionem creatus est. Præter alias enim linguas Hebraicam, Græcam & Latinam ex æquo tenuit, vt ex eius operibus liquidissimè constat, scripsitque plura, videlicet.

De Communicatione Idiomatum.

De sua calamitate.

De potestate Ecclesiæ

De Electione Pontificis.

Defensorium Ecclesiæ.

De Perfectione vitæ Spiritualis.

Modum conferendi beneficia.

Formam procedendi contra hæreticos.

Opus vitæ contra Hæreticos.